

-- -- -- ab miser  
quantà laboras in Charybdi!  
vix illigatum te triformi

Pegasus expediet Chimæra.

Atq; ista quidem Viris bifice doctissimis sug gesit fabula sive nar-  
ratio de Philemela, quamquam etiam alia, & prestantiora forsan,  
ex Luscinia desumi possint. Ita enim ad aves nos remittit Job (λ),  
remittit ipse CHRISTUS (μ.), jubens nos ἐμβλέψαις τὰ πετε-  
νά τοις ὄφαις, ut exinde discamus tūm divinam omnipotentiam,  
quā omnia habet, quæ cernimus (ν), εἰπών μη Δαίμονέν ενεργείαν effecerit,  
tūm conservationem clementissimam atq; perpetuam, quā nos e-  
tiam quotidiè largiter & copiose conservet, saturet ac sustentet. A  
bobus discimus, præeunte Scripturā & naturā, atq; ab ovibus,  
quidni etiam ab avibus? Sed dulitatem porrō à Luscinia descendam  
scribit Ambrosius in Hexaëmero (ξ), dum de bac ave nocturna,  
sic enim denominat, ita scribit: Quid autem de Luscinia dicam?  
quæ pervagil custos cūm ova quodam sinu corporis & gremio  
fovet, insomnem longæ noctis laborem cantilenæ svavitate  
solatur. Ut mihi videatur hæc summa ejus esse intentio, quod  
possit non minùs dulcibus modulis quām fotu corporis ani-  
mare in fœtūs ova, quæ foveat. Wolfgangus quoq; Franzius,  
Theologiae Doctor celeberrimus, in utilissimo illo libro de Historia  
Animalium (ο) plura alia de bac ave monuit, quæ apud ipsum,  
qui liber in plurimorum hærebat manibus, legi possunt: præsertim  
velim, ut futuri studiosi Theologiae iterum iterumq; relegant &  
ruminent seriam illam admonitionem, quam beatissimus Vir relatio-  
ni historicae ad Cunradum Gesnerum missæ subjunxit. Sed

(λ) c.XII,7: (μ) Matth.VI,26: (ν) Ebr.XI,3: (ξ) lib.V.c.24. (ο) part.II.c.26.